

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Dilectio k
cum fonte primo

Dilectionem firmi Christiani nulla uincunt tormenta. Amantis enim plus incitatur caritas si eum, cuius sensit beneficia, prohibeatur amare.

Ambrosius de trinitate libro V.

sed non facit, quia
dilectionem firmi Christiani nulla vincunt tormenta,
amantis enim plus incitatur caritas,
si eum, cuius sensit beneficia, prohibeatur amare.

Ambrosiaster, *Commentarius in epistula ad Romanos*, 8.35 (CSEL 81.1, H.I. Volgels ed., p.297, ll.12-15).